

tarchus requirit, ) inspicere non possunt. vel ob imperitiam, in-  
stitutionis modum non intelligunt.

De Educat. Pue-  
ror. Part. 2. c. 14.

Quia sepius Praeceptores mutare necesse habent, unde sum-  
ma discipulorum pernicietas.

Quia si antea binis Pater filium observavit oculis, nunc qua-  
ternis, si fieri possit, Praeceptorem respicere debet. Sapissime e-  
nim magis in eum animadvertere, quam Discipulos castigari,  
necessarium est.

Quia minore sumptu pueri in scholas itant publicas, quam  
privatis Paedevteriis delitefcunt: & ita stipendia pro incerto e-  
ventu satis ampla exsolvere tenentur Parentes. Quamvis quidem  
in liberorum institutione nullis sit parcendum sumptibus.

VVolfgg. Heider.  
Polit. p. 174.  
Job. Brever. Orac.  
p. 373.

Vel Discipulos ipsos. Quia generosioris animi in-  
doles ignominiosum sibi ac turpe ducit, inferiora loca semper pre-  
mere, inter postremos in discendo haerere; adeoque in vita illa um-  
bratili supprimitur. Lumen semper anteponendum tenebris, ma-  
ximè iis, qui non sibi ac suis Musis, quod ajunt, canere, sed in lu-  
ce aliquando, splendore ac gloria vivere, in hominum oculis ha-  
bitare, forum vel cathedram premere, atque consulere exoptant.

Quia timidiores facti quoscunque a incipiente tempore per o-  
mnem vitam reformidant.

vid. Jac. Crucij  
Epist. l. 4. pag.  
580. seq.

Quia laudando vituperandove ita commode excitari non  
possunt.

Quia tot modis & mediis ad faciendum officium non im-  
pelluntur.

Quia habent diversos profectus: hic legit, ille scribit; hic e-  
discit, ille dediscit; hic oscitat, ille recitat; hic scripta compo-  
nit, ille Barbara, Celarent, in ore habet: alius Entitates,  
Hæcceitates, Quiditates, Formalitates, Actuali-  
tates, & quæ sunt ejus fursurus alia, crepat, supra vel Plato-  
nem, vel Aristotelem se sapere existimans, ubi has voculas cructa-  
re didicerit. Et ita alter alteri impedimento est.

Quia sepe magna discuntur ante parva. In ruinam au-  
tem prona, quæ sine fundamentis creverunt, inquit Seneca. Sen. l. 1. de Irâ

B 2

Quia c. 16.